

usque in vallem, ubi substiterat, computentur^{k)}). Receptoque, qui missus fuerat, equo ei, qui amiserat^{l)}), reduxit. At ipse gratias omnipotenti deo referens, alacer ad monasterium rediit. Quę res gesta plurimis admirationem prebuit atque indicium sanctitatis eius^{m)}).

V (*cap.* 9). Audierat iam fama multiplici personante monasterium esse cognomentoⁿ⁾ Cluniacum in partibus Burgundię, cuius sanctitatis ordo ac districtio^{o)} regularis materque virtutum discretio pre cunctis incomparabiliter viguerant ab inicio. Ad quod etiam ire, illud invisere, toto mentis flagrabat desiderio. Contigit quoque, dum hoc meditaretur agere, ut sanctissimus abba predicti loci Maiolus sacra ecclesiarum loca ex more visitans ad coenobium Luciicum diverteret. (*fol.* 224^r) Quod cernens famulus Christi Willelmus intelligensque suum a deo desiderium compleri decretum, secretius accessit ad dei virum eique sui pectoris patefecit archanum. At ille nimium alacriter spopondit ei iuvamen optabile^{p)} ad omne, quod in divini operis cultu decreverat exercere. Dehinc Romam pergens^{q)}, perinde rediturus, ut secum ad diu optatum^{r)} locum illum deduceret. Interim vero Willelmus deliberans^{s)} prudenter de omnibus, quę ad se pertinere videbantur, acsi in procinctu miles expeditus, ne forte ad fidei certamen ei properaturo res diu licenter usę, non^{t)} necessitas parentum, aut speciositas carnalium fratrum, seu vici^{u)} ac latifundia atque castella eorum, quę perplura erant, non^{v)} saltem pietas nativi^{w)} soli, vel generalis amor cunctorum obsisterent. Sed ut ab his omnibus liber atque exoneratus viam mandatorum dei, prout disposuerat, currere valeret, totum se divine commisit providentię. Regrediente igitur a^{x)} Roma viro dei Maiolo, memor uterque proprię sponsonis, suscepit^{y)} Willelmum in spiritualem^{z)} filiationem ac^{a)} duxit illum ad locorum sanctissimum Cluniacum⁶⁾). Ad quod cum venisset, misit ante se ex suis unum denunciāns fratribus, ut obviam ei ex more ornati procederent, quoniam excepturi erant quendam secum venien-

k) *hierzu Anmerkung in B: „hic aliquid videtur deesse“*

l) *amisit RBM, in M Anmerkung: „al. dimisit“*

m) *fehlt RBM*

n) *-to ü. d. Z. in F*

o) *distinctio B*

p) *RBM, ob- verb. aus op- in F*

q) *RBM, pergit, darin -t auf Rasur in F*

r) *wie oben p)*

s) *deliberat R*

t) *BM, n^e verb. aus n̄ F, aut R*

u) *RBM, in F verderbt: nur ui lesbar*

v) *BM, n^e verb. aus n̄ F (wie oben t)), aut R*

w) *-ui ü. d. Z. in F*

x) *fehlt R*

y) *fuit, suscepitque ille R*

z) *spiritualem Christi RBM*

a) *& R*

6) 987, Wilhelms Eintritt in Cluny, s. Bulst S. 26.